ex eisdem bonis modo quovis provenien[tibus] (exceptis tamen areis quas
sibi recognoscens in toto reservat) Omnibusq[ue] alijs attinentijs nullis
exceptis in summa Quinquaginta Quinque florenorum polonicalium
bene et abunde praesenti usq[ue] ad exemptionem et summae praefatae integram
et indivisam exolutionem obligavit inscripsit et inviadavit
Quibus iam et nunc tam cuivis eorum seorsim quam omnibus coniunctim
Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione
per Minist[eria]lem Regni Generalem et nobiles duos quem et quos sibi ad id facilius
conducere poterit dat et admittit sub ... se idem recognoscens
de omnibus bonis suis cum successoribus eisdem Tenutarios suos
vel eorum legitimos successores occasione praemissionem ab omni
impedimento iuridico et extra iuridico quarum cunque personarum
propinquarum et remotarum cuiuscunq[ue] sexus status et conditionis existentium
toto tempore tenutae eorum educet sub vadio similis aliorum
Quinquaginta florenorum tueri defendere evincere eliberare intercedere
pacificare solusq[ue] per se et per quosvis submissas ac subordinatas
personas non inquietare imo ea bona semper munda
et libera facere tenebitur illisq[ue] summas tenebantur in defectu
non evictionis seu impeditae possessionis ad solvendum irremissibiliter
succumbendo. Et Coram officio praesenti castrensi Capitaneali Bransensi
in primo citationis termino peremptoria responsione omnibus
controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus infirmitatibus motionibus
appellationibus ac earum prosequutionibus alijsq[ue] in[...]
iuris remedijs et defensis illegalibus q[ue] impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores ubi abrenunciando et abrenuncia[...]

Actum in Curia Regia Bransen[si] Feria
Quarta post D[omi]nicam Exaudi proxima
Anno D[omi]ni mill[esi]mo sexcent[esi]mo Quinquagesimo primo

Burgrabij Curiae Bran[sensis] Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus
personaliter comparens Nobilis Andrianus Frederichi
sanus mente et corpore existens palam publice liberequ[e] ac per
expressum recognovit Quia Generosum Albrachtum [...]ski
Burgrabium Curiae huius Bransensis de extraditione
bonis nigri per Nobilem Albertum Grochowski in Rzoski
heredem praesentati quietat emittit et liberum facit hac sua
praesenti personali recognitione in praemissis mediante